

DEDICATORIA.

Sed & hi Defuncti, pari Vobiscum clementia, fauore, benignitateque semper me, & priuatim, & publicè profecuti sunt; ac maximis & immortalibus me (suum clientem, generum, affinem, compatrem, discipulum, collegam, amicum) beneficijs affecêre.

Quoties enim, Princeps illustrissime, D. D. IOHANNES FRIDERICE, &c. Dn. clementissime, præteriti temporis spacium respicio, & aduentus huc mei memoriam recordor vltimam; inde vsq; repetens, illustrissimos T. C. Maiores, Diuum CHRISTOPHORVM, & Diuum LVDOVICVM, Patrem, ac Filium, inclytos Duces, & sempiterna memoria dignissimos; & illustriss. tuæ Magnificentia Patrem, illustriss. Ducem D. D. FRIDERICVM, &c. Dominum meum clementiss. & cum Ipsius illustriss. C. annis ab hinc 25. præclarissimè hîc studeret, eodemq; supremo Academia Magistatu magnificentissimè fungeretur; indèque continenter hæcenus: & V. V. nunc etiam C. C. illustriss. Principes, Magnificentiss. Rectores, vnà cum amplissimo Scholæ huius inclytæ Senatu vniuerso; clementissimos, munificentissimosque mihi semper Principes, Patronos, ac Dominos liberalissimos extitisse, hodieque pariter extare luculenter comperio.

Ingratis igitur omnibus reuera sim ingrator; si non perpetua voluntate, cogitatione, studio in eos essem celebrandos, eorumq; (qui summum huius Academiae decus, atque dignitatem clementia, munificentiaque summa conseruare; qui virtute sua, incredibiliq; labore tueri, & augere nunquam dubitârunt; qui in Rep. nostra Scholastica

lastica